

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In nothos. Emblema CXXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Quid Nemeus enim nobis nunc magnus  
 hiatus  
 Ille leonis obesset? & horrens Arcadius sus?  
 Deniq; quid Creta taurus, Lernaq; pestis  
 Hydra venenatis possit vallata colubris?  
 Quidve tripeitora tergemini vis Geryonai?  
 Et Diomedes equi spirantes naribus ignem,  
 Thracen, Bistoniuq; plagas, atque Ismaria  
 propter,  
 Tantoperè officerent nobis? unciq; timenda  
 Vnguib; Arcadiae volucres Stymphala co-  
 lentes?  
 Aureaq; Hesperidū seruens fulgētia mala  
 Asper, acerba tuens, immani corpori ser-  
 pens,  
 Arboris amplexus stirpem? quid deniq; ob-  
 esset  
 Oceani propter litus, pelagiq; sonora,  
 Quo neq; noster adit quisquam, nec barba-  
 rus audet?

In nothos.

EMBLEMA CXXXIX.



**H**ERCULEOS spurij semper celebratis honores:  
 Nam vestri princeps ordinis ille fuit.  
 Nec prius esse Deus potuit, quam suggeret infans  
 Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

COMMENTARI.

1. **I**N nubibus Iuno sopita decumbit, cuius  
 mamsis lacte ipse infantem Her-  
 culem admonet, spectante suo armigero,  
 aquila nimitum.

A.L.

II. ALCIATVS libro 4. Patergon, cap. 3. fateatur hoc Emblemata sumptum esse ex antiquo illo adagio, *Ad Cynosarges*. cuius explanationem vide ibi in Adagio. Verba porro Alciati in illo loco de adoptione loquentis sunt: Apud Græcos scriptum legi, Iouem, nato Hercule, quod spurius esset, nec in Deorum numerum posset admitti, dormienti coniugi suæ Iunoni eum clam supposituisse, & exucto de mammis ab ea lacte, infantem, ceu natalibus restitutum, diuinitatis iura acquisuisse. Cuius rei & Higinus meminit, & Arati interpres, & qui Collectanea rei rusticæ Constantino Cæsari inscripsit. Hincq; factum est, vt nothi ad Cynofarges, vbi templum est Hercules, exercebantur, quoniam is Deus illis præest. Cuius rei & in Emblematis mentionem fecimus. Haec Venus Alciatus. Hæc historia bis reperitur in Isacii Tzertzi commentario ad Lycophronis Callandram. Vnde huc acceptum refert Emblematis characterem Minos.

Locus ex Alciati Pærogo.

Ad Cynofarges, quid.

III.

Nothi.

Spurij.

Spurij unde sic dicitur.

SPVRII] Spurij & nothi, incerto patre nati, non debent adeo vereri, quod ita nati sint, Herculem enim habent sui ordinis autelignanum & quasi principem. Nothi dicuntur illegitimi, qui incerto patre nati sunt, vel qui nati sunt illegitimo concubitu, vulgo quæriti, ff. de statu homin. & l. Diui, ff. de captiui. Spurij distinguuntur à vulgò conceptis: sunt enim ij, quorū pater est incertus, d. l. vulgò, vt qui nascuntur ex viulgari meretrice. Sed & qui patre quidem certum demonstrare possunt, sed nō eum, quem habere liceat, veluti qui nati sunt ex concubina, vulgò concepti, ac improptiō tamen & translacē dicuntur, d. l. vulgò quæriti, & l. Adoptiuus, ff. de ritu nupt. De nothi & spurij vide ipsum Alciatum, qui præter locum citatum lib. 4. c. 5. & lib. 10. cap. 8. Patergon, putat dictos spurios (testimonio Iustiniani) quasi vulgò conceptos, *κατὰ τὸ σποράδιον*. Quod non satis probatur, siquidem reperio aliam apud Plutarchum derivationem, qui in Romanis quæstionibus sic ait: Quid est, quod eos, quorum patres ignorantur, spurios vocant? non enim quod Græci opinantur, & in causis oratores dicunt, quod ex colluue quadam, & feminis comunione progenerati sint. Sed est Spurius inter prima nomina, vt Sextius, Decimus, Caius. Hæc vtiō prima nomina Latini non inte-

gra scribunt, sed aut vna littera, vt T. L. M. Titus, Lucius, Marcus; aut duabus, vt Cn. Ve. Cneus, Verrius; aut tribus, vt Sex. Ser. Sextus, Seruius. Est igitur Spurius inter ea prima nomina, quæ duabus litteris notantur, S & P. quibus etiam orbos parētib; scribant, cum sine patre esse dicunt, per S, sine; per P, patrem significantes. Hoc igitur errorē fecit, quod sine patre & spurius iisdem litteris annotantur. Hæc Plutarchus. Huius etiam fit mētio in adagio, *Ne patris quidem nomen dicere possit*. Cæterum quos vulgò *Bastardos* vocamus, interdum spurij dici possunt, interdum non possunt: vt hi, quos principes agnoscere solent, quosq; adoptare. Spurios verò & nothos *Mulos* nūcupari apud Italos, non tam sæculi nostri mos est, quàm remōioris etiam ætatis, ob adulterium, qui nulli non innotuit conceptum. Cyrus tamen, quamuis legitimo matrimonio generatus, *Mulus* est dictus, propterea quod generosiore matre natus esset, Atyagis quippe Regis filia, cum pater Medorum imperio subiectus esset.

Bastardi;

Muli.

*Nec prius esse Deus*] nobilitari non potuit, & quasi natalibus restitui. De Hercules apothefi Cicero 3. Offic. P. inius lib. 3. cap. 11. & Ouidius 9. Metamorph.

*Quam sugeret infans*] quàm ei hæreditaria quædam portio bonorum obringeret. Historiam præter Alciatum supra citatum & Tzertem narrat Higinus in poetico Astronomico, de circulo lacteo loquens, nempe Iunonem infanciam dedisse lac Herculi infanti: sed postquam rescierit pellicis esse filium, reiecit eum à se, Herculeq; qui nixia auuiditate lactis multitudinem ore comprehēderat, non potuit se illud ore continere, sicq; ex eius ore profusum lacteum circulum in cæco signasse. Tantæ motis erat lactea hæc diuinitas. Alij dicunt, vbi Pallas ad Iunonem accedens persuasisset, vt mammam præberet infanti, eum puer supra ætatem violentius sugeret, Iunonem indoluisse, ac puerum proiecitse.

Hercules infans.

IV.

EORVM, qui nati sūt ex iniusto concubitu, misera videri conditio potest; quàm enim ex nobilibus orti parentibus, nobiles tamen dici nō possunt, neq; in ius hæreditatis ac familiæ succedunt, nisi soluantur legibus, & à principibus agnoscantur, qualisq; adoptentur (quod vulgò dicuntur)

Nothi & conditio qualis.

611115



*Lepida hi* spicit, ante nō multos annos fama est fuisse mulierculam inopem, sed forma appetibili, & insigni lasciuia; hæc duodecim paruos filios totidem ex viris genitos habebat annuis ætatum interstitijs inter se distantes. Instante autem mortis hora, vocati properè virum iuber: Non est, inquit, amplius ludi tempus; nullus horum puerorum ad te spectat, præter maiorem solum, primo enim anno nostri connubij casta fui. Sedebat tunc fortè pueri omnes humi circa ignem, more gentis, aliquid manducantes. Stupente igitur viro, atque illis rei nouitate suspensis, illa singulorum patres ordine nominat: quod audiens omnium minimus, qui triennis erat, panem dextera & rapam, quam habebat in manu altera, in terram posuit, ac desiderio tremens, & ambabus manibus adorantis in morem in altum erectis; Da mihi, inquit, o mea matercula, aliquem bonum patre. Cumq; illa in fine verborum paruuli pa-

trẽm nominasset, & famosum quendam diuitemq; hominem, reasumpto in manibus cibo: Bene habet, inquit, bonus est pater. Hæc quidem apertè crimea falsa est, secus alia mulier pudicitie parum probata, quæ cum astringeretur conscientie stimulis marito prolem adulterinam manifestandi, excogitauit egregium commentum (vt est sexus ille ad confingendos dolos præcipuè appositus) Conpulsit enim precibus maritum, vt personatis, qui tunc fortè per plateas discurrebant, ipse quoq; personam indutus se adderet socium; atq; ex eo ludo cum amictus theatri schemate domum rediret, mulier infantem notum complexa, his verbis alloquitur: Quis hic tibi vir videtur, filiolar? cacodæmon profectò est, laruatus, aut mente capus. Abi hinc vir inepte, non tuus est hic filius, alium patrem habet. Quibus verbis satisfactum marito arbitrabatur. Sed iocorum plasmam satis.

*Alia eiusdem farina.*

Imparilitas.  
EMBLEMA CXXX.



**V**T sublime volans tenuem secat aera falco,  
 Vt pascuntur humi graculus, anser, anas:  
 Sic summum scandit super aethera Pindarus ingens;  
 Sic scit humi tantum serpere Bacchylides.

COMMENTARI I.

I. **F**ALCO pingitur in sublime remigio alarum fectus euolans, sub quo humi pascuntur alia auium genera, velut graculus (quem in hac pictura desidero) anas, & anser. Epigraphen aliquæ editiones habent, *Imparitas*, quod idem est.

II. ID apparet è Pindaro tractum. Sic enim de se ipse in Bacchylidem, Olymp. 2.

Chara-  
 ter Em-  
 blematis

---σφοδρὸς ὁ πολ-  
 λάειδὸς Φυᾶ.  
 μαδόντες δὲ, λάβροι  
 παγγλωσσία κέρατες ὄσ  
 ἀκρωτα γαρεύετον  
 δὲς σφίσι ὕριχα θεῶν. id est:  
 Sapiens multarum rerum  
 Gnavus est natura.  
 At discentes, proceres  
 Inepta garrulitate ut cornū  
 Imperfectè carriunt  
 Aduersus diuinum Iouis alitem.

Ad quem locum scholiastes: ὑποτίθεται δὲ σφίσι τὸν Βακχυλίδην, γίγνεσθαι γὰρ αὐτῷ ἀνταγωνιστήν. Innebiunt in Bacchylidem, factus ipsi aduersarius. Alius est etiā locus in Nemeis, oda 3. in fine.

---ἔσι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς,  
 ὃς ἔλαβεν αἰψὰ τὴν ὄβην μεταμαϊόρμος  
 διαφορῶν ἀγρῶν ποδῶν.  
 κραγίτου δὲ κολοιοῖ ἄπειρά νύμονται. i.  
 Est aquila velox in volatilibus,  
 Qua corripit statim de longinquo vrsigans  
 Cruentam pradam pedibus.

Clamosi verò graculi humilia pascuntur. Quibus verbis intelligimus Pindarum se cum aquila conferre, alios verò, vt Bacchylidem, & alios Bacchylidi similes, nunc cū cotuo, nunc cum graculis. Sic Scholiastes: δοκεῖ δὲ ταῦτα τείνειν εἰς Βακχυλίδην, ἢ γὰρ αὐτοῖς καὶ φάσις σφίσι ἀλλήλους. παραβέλλει δ' ἑαυτὸν μὲν αἰετῷ κολοιοῦ δὲ Βακχυλίδην. Ceterum mihi videtur allusisse Alciatus ad vetus Adagium, *Aquila in nubibus*. Cuius explicationem studio sus ubi euolueris, non nihil sibi ad huius loci dilucidationem facilitatis comparabit.

Aquila  
 in nubibus.

Vide etiam prouerbium, *Humi serpere*. Re-

uera tamen suspicor, id Alciatum traduce re voluisse in quosdam legum Doctores sibi nullo modo conferendos, à quibus tamen vel impeteretur, vel fugillaretur: vt colligere est ex eius aliquot scriptis.

*Vt sublime volans*] volatu summum aera petens. Ponitur autem adiectiuum, neutrum pro aduerbio, more Græcorum. *Secat aera*] Sic Virgilius 1. Georg. *Quacunq; illa leuem fugiens secat aethera pennis*.

*Falco*] Falco auis rapax & prædatoria, ex accipitrum genere; ita dicta (vt Festus innuit) quod vngues more falcis habeat in tortorum flexos. Varij autè generis sunt falcones, vt Britannicus, Gyrofalco, Montanus, Peregrinus, Gibbottus. Verùm falcones omnes (vt hodie à Principum aucupibus obseruatum est) feminae sunt; mares verò sunt, quos vulgus hodie vocat *Moscardinus*.

*Pascuntur humi*] humi gradiuntur. Pindar. *ταπεινά νύμονται*.

*Graculus, anser, anas*] De his auibus vide Plinium lib. 10.

*Sic summum scandit*] eleuatur felix ingenuum Pindari.

*Pindarus ingens*] Pindarus Thebanus, nouem Lyricorum poetarum princeps. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia, vt ait Quintilianus: grauitate arduus, constructione ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam non imitabilem dicit Horatius. Eius educationem vide in Imaginibus Philostrati, tit. *Pindarus*. ex quo hæc sumpsit Politianus:

*Aerios procul in tractus & nubila supra Pindarus it Dircaus oler, cui necare blada Os texerum libastus apes, dum fessa leuaret Mæbra quiete puer, molle spirantia semit.* Is cum Thebis aliquando in poetarum venisset commissionem, per auditorum infertiam à Corinna quinquies victus fertur. Hic est ille Pindarus, quem ita amasse Apollo fertur, vt illi oblatorum portuunculam impartiretur; quin & à sacerdote ad cenam

III.

Pindarus

Pindarus à Corinna vir-  
 tus.

Ecenam cū Deo in sacrificijs subinde vocaretur. Verūm & carminis Pindarici amatores fuisse Pana, Plutarchi monumentis testatur. Eius mortem refert Val. Maximus lib. 9. cap. 12. de morte non vulgari: nam in gremio dilecti pueri in gymnasio mortuus iuuentus est. De eo vide plura apud Macrob. 5. Saturnal. Horatium lib. 4. Catm. od. 2. Plinius lib. 7. cap. 29. & Alciam nostrum lib. 10. Parerg. cap. 8.

Humi tantum serpere] tenui stylo uti. Sic Horatius in Arte:

*Serpes humi tutus nimium, timidusq; procella.*

Et 2. Epistol.

--- nec sermones ego mallem

Repentes per humum.

Hi sunt Pindaro λέγοι χαμουσετεις. Sermones iacientes.

**Bacchylides.** Bacchylides] Lyricus Poeta, Cous generis, filius Medonis northi Bacchylideg athletae, vt ait Suidas. Tres fuisse Aelianus tradit: hunc primum, alium Atheniensem, tertium Arcadem. Porro mirum videri potest cur hic Bacchylidem adeo extenuet, qui dictus est Sitē, ob carminis suauitatem: sic enim in epigrammate 1. ἀνθολογίας,

--- καὶ λάλε σερπῖν

Βακχυλίδη.

Quod imitatus est Politian. Nutricia: Nec vulgare canit dulcis ab Iulide Sirene Bacchylides.

Propterea Lactantius in Phoenice (si tamē est eius poemation) Iuleas voces; pro suauissimis & dclicatiſſimis accepit, vocabulo ab Iulide, Bacchylidis melici patria, ducto.

**IV. Ingenio-rum inaequalitas.** H A C similitudine docet Alciatus, aliquam semper obseruari facile in ingenijs inaequalitatem. Sūt enim, qui vt falco vel aquila volatu praestēt, id est, qui ingenij viribus ceteris antecellant: sunt & qui dumtaxat humi gradiuntur, vt aues illae domesticae, quibus vnā est cura vulgatiō tantū confectari. Quod certē referendum est ad debiliora quaeque ingenia & minus viuida, quae tenues cogunt siliquas: qui que plura & magis ardua velint, quam possint; cū, vt imperiti pictores, nihil sciant praeterquam simulare cupressum, vt loquitur Flaccus. Primas tenet inter Lyricos Poetas Pindarus, Bacchylides inferiora tantū confectari dicitur. Huic conuenit illud ex Olymp. 10.

--- ἰντὶ γὰρ ἀλλὰ  
ὄδον ὄδοι παραίτεροι.  
μὴ δ' ὕχ' ἀπαντας ἀμετρίαι  
μελίτε --- id est:

Sunt quidem aliae  
Via alijs excellentiores.  
Sed vna non omnes nos alit  
Exercitatio.

Aufonius ad Paulinum:

Si vitulum tauro, vel equum committis onagro:

Si confers fulicas cyncis, & aedona parra: Castaneis corylos aques, viburna cupressis. Potest huc non incōcinnē refertī, quod in Oratore Cicero ait: Si quem aut natura

Non om-  
nes posse  
primas te-  
nere.

sua aut illa praestantis ingenij vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarū artium disciplinis, teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis terijsque consistere. Nam in Poetis non Homero soli locus est (vt de Graecis loquat) aut Archilochō, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec verō Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia ceterorum studia restrinxit. Porro quam magna sit ingeniorum dissimilitudo, nos quoridianus docet vsus, & ipse M. Cicero de claris oratoribus, itemq; Fabius Quintilian. Sed ea nonnūquam comparatio nauſeam in multorum nares concitat: & sūt qui ne quidem Iouem pro riuiali ferant, & se omnium optimos haberi velint: Nam & Palzmoni, glorioſo Grammatico, Varro togatorum peritissimus displicuit: & Maro ipse Bauium & Nauium auerſatus est, sicuti Pacuuium Persius, quos suo quo placuisse credibile est, cū alij meliores non essent. Sic (verba sunt Minois) qui vixere temporibus auorū nostrorum, Ioānes Meunus, Quadrigrarius, Matorus, Sangelasius, pro bonis habitis, cū rōdum polita poeſis Gallica foret: sed si confectur cum sequentis aui nostri poetis egregijs, Ronſardo, Bellaio, Bellaqueo, Battasio, id perinde erit atq; anseribus olores adaequare. Nam quis ea recordia est, qui Maroni Ennium comparer, vel Homerum Chariolo, vt arate superiore quidam Budæo Badium conferre nō dubitarunt? In materia quamquam dissimili comparationis excidit Catullus, suam amaliā non aequē laudari

Comparatio inter-  
dum odio-  
sa.

laudari questus :

Tecum Lesbia nostra conseratur ?

O seculum insipiens & inficetum ?

Et Martialis in quemdam, qui se pro ami-

co fido haberi vellet :

Disperam, si tu Pyladi prestare matellam

Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Sec hæc satis ad alia properanti.

In desciscentes.

EMBLEMA CXLI.



**Q**UOD sine egregios turpi maculaueris orsus,  
In noxamque tuum verteris officium;  
Fecisti quod capra, sui mulctralia lactis  
Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

COMMENTARI I.

I. **C**APRA pedibus posterioribus mulctrale lacte plenum impetit, eoque submerso lac effundit; hinc astat ancilla caprimulga, gestum subirascens exprimens.

II. **T**ypus Emblematis.  
Ex antiquo desumptum est adagio, *ait Sxvflæ*. id est: Capra Scyria: Cõuenit in eos, qui beneficium maleficio corrumpunt, aut qui virtutes adiunctis vitijs contaminant atque obscurant: quic recte instituta non recte faciunt. Veluti capra Scyria, quod fera sit, mulctram quam vber distento impleuerat, eadem pede illato distringit, totumque lac collectum effundit; sicque beneficium quod dederat, ipsamque perdit.